

Eneide VI v384-425

Le passage du Styx; Cerbère endormi.

Ergo iter inceptum peragunt fluvioque propinquant.	384
Navita quos jam inde ut Stygia prospexit ab unda	385
per tacitum nemus ire pedemque advertere ripae, sic prior adgreditur dictis atque increpat ultro: "Quisquis es, armatus qui nostra ad flumina tendis, fare age, quid venias, jam istinc et comprime gressum. Umbrarum hic locus est, somni noctisque soporae:	390
corpora viva nefas Stygia vectare carina. Nec vero Alciden me sum laetatus euntem accepisse lacu, nec Thesea Pirithoumque, dis quamquam geniti atque invicti viribus essent. Tartareum ille manu custodem in vincla petivit	395
ipsius a solio regis traxitque trementem; hi dominam Ditis thalamo deducere adorti." Quae contra breviter fata est Amphrysia vates: "Nullae hic insidiae tales absiste moveri, nec vim tela ferunt; licet ingens janitor antro	400
aeternum latrans exsanguis terreat umbras, casta licet patruī servet Proserpina limen. Troius Aeneas, pietate insignis et armis, ad genitorem imas Erebi descendit ad umbras.	405
Si te nulla mouet tantae pietatis imago, at ramum hunc (aperit ramum qui veste latebat) agnoscas." Tumida ex ira tum corda residunt; Nec plura his. Ille admirans venerabile donum fatalis virgae longo post tempore visum	410
caeruleam advertit puppim ripaeque propinquat. Inde alias animas, quae per juga longa sedebant, deturbat laxatque foros; simul accipit alveo ingentem Aenean. gemuit sub pondere cumba sutilis et multam accepit rimosa paludem.	415
Tandem trans fluvium incolumis vatemque virumque informi limo glaucaque exponit in ulva. Cerberus haec ingens latratu regna trifauci personat adverso recubans immanis in antro. cui vates horrere videns jam colla colubris melle soporatam et medicatis frugibus offam	420
obicit. Ille fame rabida tria guttura pandens corripit objectam, atque immania terga resolvit fusus humi totoque ingens extenditur antro. Occupat Aeneas aditum custode sepulto evaditque celer ripam inremeabilis undae.	425

Vocabulaire :

Fréquences 1 et 2 :

accipio, is, ere, cepi, ceptum : recevoir, accueillir

anima, ae : air, souffle, âme

arma, orum, n : armes (défensives)

at : mais, du moins
custos,odis : gardien
disco,is,ere,didici : étudier, examiner
fleo,es,ere, flevi, fletum : pleurer
gigno,is,ere,genui, genitum : engendrer
imago,inis : image, apparence
ira,ae : colère
pondus,eris,n : poids
quisquis,quidquid : qui (quoi) que ce soit qui..
servo,as,are... : conserver, garder, surveiller
si...at... : si...du moins...
telum,i,n : arme (offensive), épée
traho,is,ere,traxi, tractum : traîner, tirer
vestis,is : vêtement

Fréquences 3 et 4 :

acerbus,a,um : aigre,amer, cruel
aggredior,eris,i, gressus sum : aller vers, s'approcher, aborder
agnosco,is,ere,novi, notum : reconnaître
collum,i : le cou
cor,cordis,n : cœur, esprit
descendo,is,ere,di, descensum : descendre
fames,is : la faim
insignis,is,e : remarquable, distingué
judex,icis : juge
nefas est : il est sacrilège
pietas,atis : piété, sentiment du devoir
tacitus,a,um : silencieux, secret
terreo,es ere,ui ,itum : épouvanter, terrifier
thalamus,i : chambre nuptiale
tremo,is, ere, tremui : trembler
ultra : de l'autre côté, plus loin , en outre, de son propre mouvement
vero : vraiment, de fait
vinc(u)lum,i : lien, entrave
vividus,a, um : vivant

Ne pas apprendre :

adorior,aris,ari : regarder avec étonnement, admirer
adorior,iris,iri,ortus sum : s'efforcer de , tenter de
adverto,is,ere : tourner vers
age ! : allons !
alveum,i : le creux de la barque
carina,ae : barque (quille)
castus,a,um : chaste
continuo : tout de suite
deturbare : jeter à bas
déloger
exsanguis,is,e : exsangue
exsors,sortis : privé de, exclu de +G
extendor,eris,i : s'allonger

fluvium,ii =flumen,inis
gemo,is,ere,ui, itum : se plaindre, gémir
glaucus,a,um : glauque, verdâtre
guttur,uris : le gosier
imus,a,um : le fond de (qui est au fond de)
infans,tis : petit enfant, bébé
informis,is,e : sans forme, hideux
invictus,a,um : invincible, invaincu
janitor,oris : le portier
juxta + ac : juste à côté, immédiatement après
laetor,aris,ari... : se féliciter de
latro,as,are : aboyer
laxo,as,are : élargir, libérer
licet + subj. : il est permis (= posse + inf)
mergo,is,ere, mersi, mersum : engloutir
pando,is,ere,pandi, pansum : ouvrir
prospicio,is,ere spexi : voir, apercevoir
quid : pourquoi
rabidus,a,um : furieux, qui fait écumer, écumant
rimosus,a,um : fendu
soporus,a,um : endormeur
tendo,is,ere, tetendi,tensum : tendre, aller
vagitus,us : vagissement
vecto,as,are : fréquentatif de veho,is,ere
virga,ae : la baguette